

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 112. Argumentum centesimum secundum. Ex eo quòd incredibile  
sit, Christum voluisse, ut sui in administrando Pœnitentiæ Sacramento  
Ministri, omnibus prudentiæ luminibus renuntiantes, id verum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

nifesta, valde probabilis est, vel saltem dispositio, seu plena conversio dubia. Est enim iustus & valde rationabilis timor, ne conversio, seu contrito, vel non sit in voluntate, sed in foli cogitatione, vel solum in cordis superficie, non in intimo corde; nec cum plena, sed cum femi plena ad summum, & semper aucta non recidendi voluntate, prout argumenta superiora demonstrantur.

1190 Videri potest Epistola Pastorali illud. D. Episcop. Catalaunensis, ad iux Diocesis Confessarii, data anno 1672, in qua sic: *Repetam hic quam possum fortissimè, quod toties ante dixi, nullatenus concedendam esse peccatoribus inveteratis temeritatem & precipitatem abolitionem; at multum pa- si vel iniquandum medicandi vestigii illorum pla- gie; nec posse aliter agere, nisi omnino neglegamus velutum illorum salutem, neglecta principia Reli- gionis maximè inviolabilitate, cum aperio rerum san-ctificiarum abusa. Quis enim aliud, quam illas indigneissime tractant, & pudende profanationi Sa- cramenti exponunt, qui hoc confundunt personis tam male dispositis, ut sunt peccatores inveterati (tunc & coniugitudinarii, citoque & facile rela- bentes) & sanguinem Jesu Christi concredat sal- laci illorum verbo, cui nec minimam rem tempo- ralem tuto crederemus? Quo jure licet illi, qui pro tribunali adeo formidabili sedent, ut ibi non homini exercant judicium, sed Domini, ab ol- vere criminosos, qui semper in criminibus suis harentur? Quibus, iuxta sanctos Patres, Iudeus est communi- pacis? Qui perpetuum faciunt persistente & relapsis in peccata circumsum, & qui consequenter in se- ipsi jugiter circumferunt sententiam supremi Ju- dicis: Non in vacuo potestatem ligandi eque ac solvendi nobis concessit Dei. Hanc autem dispen- satam opes, non quomodolibet, ut iuxta ejus volun- tam, qua est (teste Gregorio) ut Confessarius perquirat motus gratiae divine in animabus, & neminem absolvat in terra, nisi quem per veram Deum compunctionem visitat, & quem in celo sua reconciliatione & pace dignum judicat. Eapropter omnino necesse est, ut in eis sit verus & superna- turalis conversionis motus, qui includat dolorem ac detestationem omnium criminum commissorum, & sincerum propitium.... An antem dicit potest dolor- rem de praeterito, & propitium de futuro esse re- rum, ac plenum, dum paenitens si non emendat, ac semper, ut canis ad vomitum, ad priora sua vi- tia revertitur? In confessio est quod Confessarius non possit et credere, sine maxima imprudentia, & certo profanatiois periculo. Hoc ut evite, mi- seris his paenitentibus abolitionem differat, & per bona illorum opera aliquandiu (ex praescripto E- vangelii) experietur, bonane & firma sit eorum voluntas, donec explorando noxcat vera nusse pro- missa ex mutatione vita, exercitatis virtutum contriarium. & ex constanti usurpatione mediorum, quibus pravii habitus vinci queant.... Si qui ad- huc sunt Confessarii, qui contraria utuntur praxi, non apicantur ut lex, aut exemplum; sed caveant ut abusus summo perniciose, maximeque con- trarius spiritui Ecclesie. Similia habet Ille Eminentissimus D. Forbinus de Jonon, Ep. Icopus Diniensis (mo- dò Eminentissimus S. R. E. Cardinalis) in E- pit. Pastor. anni 1660.*

## CAPUT CXI.

*Argumentum centesimum primum.*

*Ex eo quod insuper sit contra officium boni Fa- dicis, Medicis, & Doctoris, quod Confessarius gerit.*

1191 **R**atio est, quia Judicis est secundum judicium regulas judicare; Medicis secundum regulas medicinae; Doctoris secundum regulas doctrinae. Judicis proinde est secundum judicium regulas dif-

cernere, an causa satis instruta sit ad judicium ferendum. Medicis, an ager, secundum medicina regulas, dispositis sit ad medicinam ipsi cuius fra- tu applicandam. Doctoris, an ita vel illa doctrina bona sit, & convenientia discipulo, &c. Nec in istis Judge eredere debet reo, Medicus agro, nec Doctor discipulo. Alias rerum invertitur ordo, secundum quem testimonium rei in propria cau- sa quoad hoc debet esse supeatum, nec Judge submittere se debet judicio rei; sed reus judicio. Judge quidem sacramentis à reo (upone sui ipsius accusatoris) discere debet quid fecerit, & non fecerit; nec enim aliunde scire potest. Ve- rum an ex factis, à reo in confessione expositis, resulter probatio sufficientis dispositionis ad ab- solutionem, adeo certum est, Confessarius, tamquam Judicis, esse ex principiis artis sua judica- re, ut improbabile sit, atque (ut D. Bonaventura ait) inauditum philosophandi genus, afferre quod Confessarius id à reo debet dicere, & quod hoc ipsi credere.

Neque id solum procedit de Confessario tan- quam Judge, sed & tamquam Medicis & Doc- tori. Nam, ut Eminentissimus Denhoffus §. 11. re- sit ait, peccator recipienda sanitatis causa, ad Confessarium, velut anima tua Medicum acce- dit. Quemadmodum ergo Medicus corporis ab agra quidem dicere debet, quid in corpore suo sentiat, & quod hoc ipsi credere; sed an id quod ager sentit, curabile sit, & an corpus ipsius fe- bratur an non, & an hic & nunc dispositum sit ad hoc ut medicina ipsi proficia sit. Medicis est ex medicina regulis judicare; nec quod hoc agro debet credere. Similiter ergo Confessarius, tamquam spiritualis Medicus, a penitentia dicere quidem debet facta, ex quibus ferendum est iudicium dispositionis animae ipsius, & ipsi obiectu illa credere: sed an facta illa fatus offendant ipsam liberum à febre spirituali, sive ab ali. eis pe- catis; vel an facta offendant ipsum dispositum ad curationem spiritualis, seu abolutionem, Con- fessarii est ex principiis artis sue, sive ex Theologice regulis. Scriptura scilice & traditione padi- care; nec quod hoc penitentia debet credere.

Domine sic rifi & explosione dignus ab omni- nibus ultimaretur Medicus corporis, quinlibet agroti sui telumonia credere, quotiescumque manifesta in contrarium ipsi non apparet, pse- quique medicinam applicaret, quando vellet (con- tra communem quippe sententiam agere, atque ex hoc agrotum suum sapere occidere, medicinam indebet applicando;) si rifi & explosione dignus ab omnibus censeri deberet Medicus spiritualis, qui, in re simili, penitentis, seu spiritualis infi- mii sui telumonia credere, quotiescumque ratio manifesta in contrarium non apparet, ipsius abolutionem concederet, quando vellet; qui per hoc ipsum spiritualiter sapere occidere, inde- positio abolutionem concedendo. Meritoque ipsi peccator in die iudicij exprobaret, quod ipi contra rationem, contra sensum communem, contra sue artis regulas creditisset. Deus quoque pse- merito exprobaret, quod, in hoc peccatorem adiendo, fidelis & prudens dispensator non sufficeret pretiosi sanguinis Filii Ioui; utpote quem secundum divinam suam voluntatem, sibi per oracula Scripturarum, per doctrinam Sanctorum, & per or- dinem divinitutis institutum non dispensasset, se- condum quem peccator, tamquam reus, sequi debet judicium Confessarii tamquam Judicis, Medi- dici & Doctoris sui, non contraria.

## CAPUT CXII.

*Argumentum centesimum secundum.*

*Ex eo quod incredibile sit, Christum voluisse,*

ut si in administrando Poenitentia Sacramento Ministris, omnibus prudentia lumini bus renuntiantes, id verum esse credant, quod ratione & prudentia de falsitate suspectissimum est. Tale vero est testimonium consuetudinaria, & recidivi, tunc se corde dolere, emanationemque promittere afferentes, dum nullum aliud prabat sua sinceritatis indicium, nisi sola verba, vel alsoeumodi signa, que sepe hactenus fallaciter, sive absque effectu usurpavit.

1194 **I**llud esse incredibile manifestum est ex eo quod Christus econtra prudentiam fidelitatemque posuimus a Ministris, quos constituit super familiam suam, & quibus dispensacionem commisit mysteriorum fuorum: *Quis patas (inquit) fidelis ser-  
vus, & prudentis, quem constituit Dominus super  
familiam suam?* Testimonium vero illud, quod consuetudinaria & recidivi reddunt de contritione sua ex toto corde, &c. ratione & prudentia de fal-  
sitate esse suspectissimum, dum aliud non pre-  
stant argumentum veritatis illius, nisi sola verba, seu alio eismodi signa, que sepe hactenus fal-  
lacter, seu absque effectu praetulerint, non mi-  
nis manifestum efficiunt superiora arguenda,  
confirmata ratio. Quid utique nimis irratio-  
nable si, Confessarius, id est Judicem, &  
Medicum, adstringere ad credendum reo, &  
agroto, in iis in quibus seipsum sibi meti tipi blan-  
diri, executire, seque ipsum adeo feducere solet,  
ut ne ipse quidem sibi in iis tuto credere possit.

1195 **P**ropter ea libenter hic exscribo praelarum de  
hoc argumento discursum illustrissimi D. Episco-  
pi Gallorienis, in Amore suo poenitentie lib. 2.  
c. 18. §. 6. *Quis dicit (inquit) eorum pollicatio-  
nibus prudenter credi posse, qui eum ante sepe  
in promissi vani fuerint, nullum novum sue fin-  
ceritatis indicium proferunt?*

*Quis sibi, nisi falli-  
velit, persuadebit, istum fuorum criminum ex  
animioto: etiame qui, post usurpatum Poen-  
tentia Sacramentum, mox illa repetit, tametsi nulli  
la vi ad illi coactus nullis infoldis norisque adil-  
la atrahit illecebris? Extra confessionis tribunalia,  
qui semel malum, semper presumit malum,  
quidquid dicat, quidquid promittat, nisi operibus  
comprobaverit se eum mutatum: quid est quid in  
solo confessionis tribunali, ubi vice Christi, qui est  
prudentis & sapientia eterna, Sacerdos praefidet,  
non semel malum, sed lepe malum, sapet factum,  
sepe falsum, nihilominus sincerum & verum de-  
bet esse estimari, tametsi nulla proferat sua sinceri-  
tatis & veritatis argumenta, quibus ante se non  
sefellerit? Quis hoc crederet, nisi qui credit voluisse  
Christum, ut sui in penitentia tribunalibus Vicaria-  
rii omnibus prudentia lumini bus renuntiant, levem  
que corde, citè, sine indicio, omnibus credant?  
Nisi qui credit voluisse Christum, ut discernant  
tanquam Judges sensibus perfecti. sed ut, contra  
divinum mandatum, pueri sensibus effecti, id ve-  
rum arbitrentur, quod ratione ac prudentia de fal-  
sitate suspectissimum est. Nisi qui credit, voluisse  
Christum, ut illi, quos volunt esse lucem mande,  
ab ipsis tenebris, hoc est obscurari, & excacari  
peccatorum mentibus, lumen mutuerint? Nisi qui  
credit, voluisse Christum, ut animorum Medicus,  
in arte medicandi minus sapienti quam ageret? Ni-  
si qui credit, voluisse Christum, ut Pagiores in pa-  
nitentia tribunalibus ducantur ab oviis, non sa-  
ni illis quidem, sed a scabiosis, sed a seductis atque  
infectis? Nisi qui credit, Christum voluisse, artem  
artum, regimen animarum (quod in administratio-  
ne Poenitentiae Sacramenti maximò constitit) de-  
pendere, non a celestibus divine prudentia lumi-*

nibus, non à Scripturarum oraculis, non à san-  
ctorum Patrum doctrina, non a sacris Conciliorum  
Decretis, sed à fallacibus reorum verbis, sed à te-  
merariis illorum promissis, sed à caciis illorum judi-  
cioris, quibus Confessarius credere debet, id est  
Iudex reo, Medicus infirmo, Doctor discipulo?

## CAPUT CXIII.

Argumentum centesimum tertium.

*Ex eo quod sancti Patres censorint, Sacra-  
mentalem Judicem, gravoris criminis res  
credere non oportere, dum ligatura impa-  
tientis, tamquam sanatus, statim solvi vult,*  
*ad calcestisque mensam involare.*

**A** que hinc appetat, nimis absurdum censuit. 1196  
At Patres, si oportere Medicum medendi  
rationem dicere ab agroto, Pastores pacendi ra-  
tionem ab ove, Judices judicandi rationem ab reo.  
Nam ut hoc manifestum facerent, lapsi lapsu  
graviore, ab solutionem, communionemque  
fessilantibus, obsecuti non sunt, nec ipsis se dis-  
positos afferentes crediderunt, sed fortissime re-  
fliterunt, uno ore praedicantes, alto vulneri dili-  
gentem & longam medicinam esse necessariam;  
Dominum graviori criminis offendit non citè  
placari; citè ac precipitatis solutionibus pacem  
animabus non concedi, sed tolli; salutem non  
promoveri, sed impediri; præproper & fessilant  
ter absolventes, peccatoribus ad solutionem pro-  
perantibus obtemperando, hoc esse quod grando  
frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod  
armatis petiliens valitas, quod navigis seva tem-  
pestas; quoddque animalium ruinæ hoc pacto non  
repantur, sed maiores parentur. Ita unique, alia-  
que ejusmodi docet Cyprianus in lib. de lapsi, ut  
vidimus plusquam una vice.

Propter ea etiam docerunt, lapsos, ad absolu-  
tionem taliter fessilantes, tractandos ut agros  
noxia cupientes, quibus asnuendum non est, sed  
fortiter obsistendum, animoque iporum à Sacer-  
dotibus, vel Medicis spiritualibus, sovendos, &  
ad maturitatis, id est matura poenitentia tempus  
expectandum suaviter animandos, & quam ingens  
peccatum committerint intruendos; convincendos  
denique tam citè non sanari graviora animæ  
vulnera, maximè repetita, ut nec corporis; pa-  
cientiam ad hoc esse necessariam, nec sine ea spe-  
randam ab ipsis sanitatem. Infidelis enim cicatrix,  
quam citè fessilans Medicus induxit. Ita rurum  
Cyprianus ibidem, variisque in Epistolis. Ita etiam  
Clericus Romanus, & sancti Confessores apud ip-  
sum.

Ipis concinens Ambrosius in Psal. 37. Medicus 1197  
(inquit) medendi tempus expedit, ut digestis ex-  
gritudinibus medicina iudicis deferat; ne acerba  
ad hoc & immatura (ut afferant) exigitudo, ex-  
crationis remedii reludet, & beneficium sentire  
non possit. Et alio loco: Medicina peritum cum vi-  
denter natuæ exigitudo... medicinam quidem non  
adhibent, sed tamen medicina tempus expellant;  
ne deseruit invalidum, sed lenitorius verbis, aut  
quibus possunt, palpanti delinimenti, ne aut inter-  
misca exigitudo desperatione animi gravebeat, aut  
crudior medicinam repuat, et quod ad maturita-  
tem pervenire nequeat, si indigesta infelix rerum  
huiusmodi Medicus adhibeat manus. Et in Psalm.  
36. Medicus non statim adhibet medicamenta lan-  
gorigi. Si dolor seruet, fomento adhibet, ut mite-  
cat dolor. Si febris exstuat, remedii tempus ex-  
pediat.... Agroto dicit, expecta, desirat febris,  
digeratur commotio. Citè enim refricatur vulnus,  
quod statim medicina lego non fuerit (ait ferm. 4.  
in Psal. 118.).... ideoque bonus Medicus hujusmo-  
di agrum legitimè dicit esse curandum (id est legeu-

B bb 3